



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXXV. Heinrich Portiz schenkt das Patronat der Kirche zu Henningen dem
Kloster zum heil. Geist in Salzwedel, am 25. November 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CXXXV. Heinrich Portiz schenkt das Patronat der Kirche zu Henningen dem Kloster zum heil. Geist in Salzwedel, am 25. November 1344.

Nos Hinricus dictus Portize, armiger, residens in curia Cynouwe, et Mechtildis, uxor eius, Johannes et Hartmannus, presbiteri, filii dicte Mechtildis spirituales, nec non Roleke ac Heynecke, filii Hinrici Portize et Mechtildis antedictorum, uniuersis. — notum esse cupimus — quod in salutare remedium animarum parentum nostrorum et nostrarum animarum dedimus — deuoto Collegio Canonicorum regularium monasterii sancti Spiritus prope Soltwedelius patronatus ecclesie sancti Egidii in villa Henninghe non longe sita a Klotzen castro et ab Abbenborch, et capellam beate Marie Magdalene in monte Henninghe, filiam dicte ecclesie, cum omnibus suis fructibus, prouentibus, offertoriis, iuribus ac pertinentiis earundem ecclesie et Cappelle uniuersis et cum omnibus, in quibus specialis mencio fieri posset pleno cum iure perpetuis temporibus possidendas; Et quam primum easdem ecclesiam et Capellam vacare contigerit siue per mortem uel resignationem domini Weneri nunc Plebani aut aliter de iure, prepositus antedicti monasterii cum sui Conuentus consensu personam uel personas competentem seu conuentui competentes in ipsam ecclesiam et cappellam regendam collocabit, prefatusque prepositus et Conuentus in deuotam recompensam se ad subsequencia astrinxerunt uidelicet, quod memoriam nostrorum predictorum cum domino uolente uiam uniuerse carnis ingressi fuerimus in dicta ecclesia et eorum monasterio in perpetuum peragere debebunt et cum hortando Christi fideles, ut pro nobis et progenitoribus nostris ad Dominum Ihesum Christum intercedant. — Datum Soltwedel, anno domini M^o. CCC^o. XLIII, ipso die Katharine uirginis uenerande.

Aus Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 10.

CXXXVI. Markgraf Ludwig vereignet dem Marienaltare in der Marienkirche zu Salzwedel Gebungen aus Prezier, der Perwermmühle und andern Orten, am 31. Dezember 1344.

Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Bawarie et Karinthie Dux, Sacri Romani imperii Archicamerarius, uniuersis Cristi fidelibus tenorem presencium auditoris et inspecturis, salutem in Domino sempiternam cum notitia subscriptorum. Quod nos ex mentis nostre mera liberalitate, ob diuorum Marchionum Brandenburgensium antecessorum nostrorum pie recordationis, nec non nostre et heredum ac successorum nostrorum omnium animarum salutem et remedium, maxime ut sepulchra exulum mortuorum et alia pia misericordie opera Cristi a fidelibus commodius plenius valeant peragi, altari gloriose uirginis genitricis Dei Marie ac sanctarum undecim millium uirginum in honore dedicato et constructo in ecclesia B. uirginis Saltwedel sito, sex frusta seu choros annuorum reddituum in curiis et bonis infra scriptis sitos, uidelicet in villa Priscier in curia Eremberti XXVI modios siliginis cum V solidos denariorum leuium, item in eadem villa in curia Kriekendorp XII modios siliginis cum V solidis denariorum leuium, item in mollendino Perwer duos choros siliginis, item in villa Rytz in curia Johannis de Walfstouen XVI modios siliginis, item in villa Benekendorp in curia Christiani